

CCXLVI

bis qui oderunt vos. et orate pro persecutoribus
et calumniatoribus vestris. Si tibi venit volun-
tas vagandi. recole quod iam mortuus es. quod
crucifixus es. Nunquid crucifixus homini
venit voluntas vagandi. Non. quia nihil
cogitat nisi de morte sua. et tu iam mortuus
es huic mundo. vide ne aut tu illi nec ille
tibi renouiscat. Dic potius cum apostolo
Paulo. michi mundus crucifixus est. et
ego mundo. Hec vero cogitando poteris
vincere vagationem. Audi quid ipse apostolus
de pugna vicioꝝ aduersus vitiosos doceat.
Si autem spiritus facta carnis mortificaueris
viveris. Tu ergo si vis viuere cum christo
mortifica per vitiositates omnia vitia. per carita-
tem mortifica odium. per gaudium spirituale
occide tristitiam. per pacem extingue dissen-
sionem. per patientiam mortifica impatientiam
per bonitatem occide malitiam. per mansuetum
vinem extingue ferocitatem. per continentiam
mortifica intemperantiam. per castitatem oc-
cide impudentiam. Si isto modo actus car-
nis mortificare curaueris. sine dubio per-
benni leticia cum angelis in celo fruieris.

De studio legendi.

Non est in his diu immorandum
quia transmittit caritatem magis ad
laetissimum campum diuinariū scri-
pturarum ut quod hic tibi deesse cernis. ibi
solenter perquiras. Quia propter orationem dilectionis
tam. ut studium semper in te crescat legendi.
Nullus enim puto potest perfecte dei noscere si-
cepta. nisi qui legendi continuū habet studium.
Quia quanto quisque in diuinis scripturis
assiduus fuerit. tanto ex eis maiorem intelli-
gentiam capit. sicut terra que quanto magis
excolitur. tanto amplius fructificat. Nam
quis homo tardum sensum habeat. aliquid
tamē discere poterit ex scripture misterijs
si habuerit assiduitatem legendi sicut scriptura
est in euangelio. Qui enim habet dabitur
illi. et qui non habet. etiam quod videtur habere.
aufereť ab eo. id est qui habet studium lege-
di. dabitur etiam illi intelligendi facultas.

et qui legendi studium non habet. etiam hoc
quod videtur habere. id est quod naturale bonum
intelligit. propter ignorantiam eius aufereť et.
Et sicut ille qui tardus est ad intelligendum
pro sua bona diligentia recipiet gloriam. ita
ille qui talentum sibi datum negligit protem-
nabitur. Quia propter amorem caritatis magis
ut studium habeas legendi. quod omnis perfe-
ctus ex lectione procedit. Que nescimus ex
lectione discimus. Dic enim Iulius. quod in
ordibus mundamur. lectionibus instruimur.
vixque bonum est si liceat. si non liceat melius
est orare quam legere. Qui vult cum deo semper
esse. frequenter debet orare. frequenter et legere.
Nam cum oramus. ipsi cum deo loquimur.
Cum vero legimus. deus nobiscum loquitur. Si
hec ita sunt o dilectissime frater. necesse est
tibi orandi legendique studium habere. Lectio cog-
nitionem dei amministrat. lectio tenebras ig-
norantie fugat. lectio scientiam homini profert. Lectio
etiam omnis studio dei preceptum eiusque sacramenta
occulta discere solemus. lectionis studio. dei
omnes virtutum amor nutrit. Per lectionem
potes cognoscere qualis sit beatitudo. qualis
gloria. qualis sit claritas que promittitur sanctis
et eternis omnibus. Per lectionem potes co-
gnoscere qualis sit pena. qualis luctus. qualis
fletus imminet malis et iniustis atque impijs
hominibus. Per lectionem cognoscere vales quod
audiri sunt boni et mali in die iudicij.
Malis enim a domino dicitur. Ite in ignem eter-
num qui preparatus est dyabolo et angelis eius.
Bonis vero dicitur. venite benedicti patris
mei. percipite regnum quod vobis patrum est ab
origine mundi. Hec enim omnia lectione disci-
mus. Lectio enim manifestat quod prospera
quod aduersa tolerare debeas. Quia propter
subiungendum est hic aliquid quod legimus pa-
trum exemplis qui infirmitates vel omnia ad-
uersa pro christi amore tolerare studuerunt. et
ma caritas hoc legens. hoc mentem commedans
illos viribus totis imitari studeas.

Ammonitio de aduersitate toleranda
et infirmitate amanda.